

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Daniel Lagus Johannes Schröderus

Exercitationis Christologicae Sectio Posterior De Consecutiva Communicationis Varietate

Rostochi[i]: Richelius, [erschienen] 1647

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738066559>

Druck Freier  Zugang



Vestig. ① J. Lepus, sectio I
② J. Lepus, sectio II

J. Amistorp. lagus, Daniel/a
R. U. theol. 1646.
1647

15

EXERCITATIONIS
CHRISTOLOGICÆ
SECTIO POSTERIOR
DE

CONSECUTIVA
COMMUNICATIONIS
VARIETATE,

In Celeberrima Rostochiensis Academia Audito.
rio Unicornis,

Permissa Venerandæ Facultatis Theologicæ,
MODERATORE

DN. JOHANNE QUISTORPIO SS. Theol: Doct. ejusdemq; Prof.
Publ. longè Celeberrimo, Collegii Theologici Seniore
gravissimo, Rostochiensum Superintendente meritissimo, Parro.
no & Promotore suo plurimam suspicioendo,

Publicè ventilandam proponit

DANIEL LAGUS
PRÆSES

RESPONDENTE

JOHANNE SCHRÖDERO Rostoch.

Ad diem 2. Jan. Anno M. DC. XLVII.



ROSTOCHI

Literis Johannis Richelii, Senat. Typ. 1646.

1646.

V I R O
Reverendo plurimum & Excellentissimo,
D N. JACOBO FABRITIO
S. S. Theol. Doctori ejusdemq; in Illustri Pædagogio
Stetinensi Professori longè Celeberrimo, Templo Ma-
riani Pastori ibidem vigilantissimo, & Pomeraniae
Orientalis Superintendenti Generali, gra-
vissimo, meritissimo,

NEC NON
Reverendo & Clarissimo
D N. M. GREGORIO LAGO,
Pastori & præposito Neo Stetinensi
fidelissimo,

Illi Mæcenati suo & Promotori,

Huic Parenti & Præceptoris

Etatem colendo

Strenam hancc Academicam

consecrat & offert.

P R A E S E S.



Th. XIX.

Consequens Unionis Hypostaticæ est Communicatio,
seu Communicata distinctorum possessio atque
participatio , eaqve non minus, qvam Unio ipsa,
realis.

Nullam invenire est Unionem suppositalem, ad unum per se
constituendum directam, altero unitorum rationem susti-
nente εὐτελεχέας, perfectivæ, altero δυνάμεως, perfectibili-
bilis, nullam qvæ Communicationem comitem sortiatur.
Præter Communem enim termini unius participationem, non pot-
est non & κοινωνία consequi operationum, qvam ipsa communicatio
facultatum operandi necessariò præcedit. Arcta verò si ulla est hy-
postatica unio, hæc sane est, de qvâ præsentem meditamus disquisiti-
onem. Qvo igitur eveniet pacto, ut Communicatione omni desti-
tuatur? Merito proinde acjure suo Concilij Ephesini decreta, ad Or-
cum, unde pro nata fuit, amandarunt, Samosateni & Nestorij hæresin,
m; δύο φύσεις διηγησέντως ἐχόμεναι τοιν ταπεινοῖς ἀσυγκονωνήταις
astruentem. Qvæ qvidem dum effutierunt Verba, nil egerunt aliud,
qvàm ut eadem opera Christum distrahere, & Unionem Naturarum
hypostaticam, quantum in ipsis fuit, labefactare ac everttere visi fuerint.
Et si vulgus Pontificiorum ita Nestorii proponat sententiam, ac si ex-
ertis Verbis Divinitatem Christi oppugnarit, minus dextrè ac fideli-
ter. Qvâ de re Lueberu Tom. 7. Jenens p. 248. Den ich selbs etwa
nicht hab können verstehen / was doch der Irrthum Nestorii gewest sey/
hab immer hin mit gedachte/ daß Nestorius hette die Gottheit Christi ver-
leugnet/ vnd Christum nichts mehr den einen lauten Menschen gehalten/
wie die Geistlichen decret vnd alle Geistliche Schreiber sagen/ aber auf
ihren eigen Worten/ da ich sie recht ansahe/ hab ich müssen anders den-
cken. Paulò post: Aber das stieß sichs/ er wolt nicht/ das darumb Maria
soll Gottes Mutter heißen/ weil Christus nicht nach der Gottheit von ih-
gebohrn were. Wenn ich nu also predige/ Jesu Zimmerman zu Ma-
zareth (denn so nennen ihn die Evangelia filium fabri) gehtet dort auf
der Gassen/ vnd holet sein Mutter ein Krüglein Wasser vnd ein Pfennig
F. wird

werd Brodes / daß er mit seiner Mutter esse vnd trincke / Und derselbe
Jesus Zimmerman ist der rechte wahrhaftige Gott: in einer Person/ solchs
gibt mir Nestorius zu/ vnd sagt es sey recht / wenn ich aber also sage / dor
scheit Gott auf der Gassen / holet Wasser vnd Brode/ das er mit seiner
Mutter esse vnd trincke / diese Rede gestehet mir Nestorius nicht Conf.
Gennad. lib. 7. c 33. socrat. & brag. lib. 1. c. 7. Inde Lutherus conclu-
dit: So solt das Brtheil lauten / wievöl Nestorius bekennet das Christ-
flus rechter Gott vnd Mensch eine Persohn sey / aber weiller die Idiomata
Menschlicher Natur derselben Gottlichen Person nicht gibt / ist vnu-
rechte/ vnd eben so viel/ als leugnete er die Natur selbs. Hactenus Mega-
lander. Sed movenda denuo, qya seculorum superiorum præposte-
ritas fuit, camarina restabat à Pontificiorum & Calvinianorum male sa-
nà cohorte, ut ut Nestorianorum appellationem ægerrimo ferat animo.
Unde D. Job. Berg. libr. cui titulum fecit Unterscheid vnd Vergle chung
der Evangelischen q. s. da sie (die Lutherischen) weder inden Redens-
Arten noch in der Meinung allerdings mit uns einstimmun konten/ so ist
noch das einige Mittel zur vereinigung übrig/ daß sie uns nur nicht darumb
verkefern noch verbannnen. Quasi vero iniquum sit aut insoli-
tum, eorum hæreticos nominibus designare, qvorum amplectuntur
dogmata, scapham scapham, ligonem ligonem appellare. Commu-
nicationem qvippe Calviniani non aliara largiuntur, qvam Verbalem,
& ad tropum sermonis Rethoricum, vel synecdochen, qvæ arridet
Calvina, vel æMœiowr, qvæ sibi delicias facit Zwingliu, qvamqve
Diaboli larvam, qvod talem nobis Christum proponat, à quo ipse Christianus
denominari nolis, Heroico vocat Spiritu in Conf. Mai. Lutherus, per-
tinentem. Quomodo enim Communicatio Unionem respicit? Nonne ut Effectus Causam? Qvamdiu ergo Canon ille valet genera-
lis: Qualis Causa, tale causatum; tamdiu suo stabit talo & hic specia-
lier: Qualis Unio, talis Communicatio. Aut igitur realis neganda
veniet Naturarum duarum Unio, aut realis admittenda uniformis
communicatio. Ab authoritate Patrum, cum itidem æMœiowr
qvandam vel ειαλλαγην οροματων docent, aut Lutheri etiam nostri,
cum communicationem Idiomatum, nominum vocat permutatio-
nem, patrum petere patrocinii licebit. Loquuntur enim illi non ex-
clusivè, veritatem rei tollentes, sed inclusivè, veritatem ipsam præsup-
ponen-

ponentes, h. e. ideo τῶν ὀντων statuunt ἐνδιαγένει, quia τῶν
πρᾶγμάτων præcessit, juxta regulam Logicam: Dici de re, reqvirit in-
esset. Ut res sunt, ita debent enunciari. Sicut duæ Naturæ in unam
personam uniuntur: sic uniuntur etiam ipsarum nomina, inquit Luth.
Caterum quando conseqvens Unionis hypostaticæ Communicatio-
nem salutamus, perinde ac telum, si in corpus solidum impingat, in
eum retrorvetur, à quo emissum est, in authorem suapte sponte reci-
dit Bellarmini cavillatio lib. 3. de Christo c. 8. Nostrates mera proprie-
tatum Divinitati communicatione, Unionem Personalem definire.

Th. XX.

Estqve vel Prima & effImmediata, vel Orta & Mediata.
Prima est Naturarum, per quam Concretum Na-
turæ unius prædicatur de Concreto alterius.

Classe hac sequentia continentur Oracula: Germen Davidū est
Jehova Jer. XXIII, 6. 7. sanctum ē Mariā natum, est filius Altissimi Luc.
I. 313. Christus ē patribus natus secundum carnem, est Deus benedictus in
seculo Rom. IX. 5. Filius hominū, est filius Dei viventū, Matth XVI. 16.
Id qvod aliquando futurum Pater pollicetur II. Samuel. VII. 14.
מֶלֶךְ אֹהוֹה לוֹ לָאֵב וְדוֹ יְהוָה לֵב
Matth. III, 17, & XVII, 5. Οὐτος ἐστὶν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ὃ ἐνδό-
κηται. Nec semel Christus Deum Patrem suum vocat & invocat, et-
iam quā humanitatem, E g. Joh. XVII, 5. Et nunc clarifica me tu pa-
ter &c Luc XXIII, 46. Pater, in manus tuas commendō Spiritum meum
Unde Heb. I, 4. dicitur tantò melior Angelū effectus, qvanta differentius
præ illū a men bereditavit. Ac lege amœbā ob mutuam οὐχώρηστον;
Deus est Caro, vel homo. Joh. I, 14. Filius Dei est filius hominū &c.
Ubi cùm Unio describatur personalis, talem institui analysin oportet,
ut loco subjecti una ponatur Natura, loco prædicati altera. Qvetnadi-
modum verè Casianus lib. 1. de Verbi Incarn. Sic ipse Deus verbum,
totum suscipiendo, qvod est hominū, homo est: Et assumptu homo ta-
tum suscipiendo, qvod Deus est, aliud qvām Deus esse non potest. Nervosè
B. Hutterus Jren. p. 334. Sive personam Christi filium hominū, sive filium

Dei dicas. & Deum & hominem, & Dei & hominū filium esse affirmamus:
Deum hominem, quia jam non seorsim amplius Deus existit, sed Deus
est homo, sive incarnatus: Hominem Deum, quia homo iste non seor-
sim subsistit, sed est homo Deificatus. Suffragatur hac in parte Calv. lib.
2. Instit. c. 14 l. 4. Et Beza part. i. Resp. ad coll. p. 93. propter unita-
tem personæ, scribens, hic homo, non quidem quia homo, sive suæ naturæ
respectu, sed propter suam in filio Dei subsistentiam, est verè ille Dei filius.
Supra pestem verò fugienda, & si quid peste deterius 1. Zwingliana
etiamq; quæ Naturam unam ponit pro alterâ, 2. Identica enunci-
andiratio Consensus (καὶ ἀντίρρησις) Orthodoxi p. 297. quâ per-
sona putatur prædicari de seipsâ, aliter saltem atque aliter denominatâ.
Verba sic sonant: Prædicatio, quâ prædicatum Subjecto tribuitur, &
homo Deus est, & vicissim Deus homo esse dicitur, non est velut rerum in-
ter se disparatarum; sed propter hypostasis in Subjecto & prædicato Iden-
titatem verè IDENTIC a deoq; propriissima. Ut hæc propositio: Fi-
lius Dei est homo, æquipollere beatisti: Persona filii Dei est &
persona habens in se essentialiter humanitatem, vel: Persona habens
humanitatem & Deitatem: Deus est Deus: Homo est homo. 3.
Prædicatio synonymica, quâ in hac propositione: Deus est homo,
species dicatur de suâ ἰδεώσει, Thomæ Piscat. contra Hoffm. p. 128,
Keck Syst. Theol. p. 319. 4. Syncedache Piscat. ad Hoffm. p. 23. Vel
generis (Dei pro secundâ Deitatis personâ) vel partis (naturæ Di-
vinæ pro personâ) vel Totius (personæ pro naturâ alterâ) Etenim
propriissimè verissimeq; Deus Homo factus est, verissimè factum, ut
τοῦσαν λόγον caro participat. Dubitas? Repete memoriâ effa-
tum Heb. II, 14. ἐπεὶ δὲ τὰ παιδία κενούντων οὐρανὸς ὡς ἄμυνα, οὐ-
κοὶ ἀντὸς παρεπλησίως μετέχετον ἀντῶν. Quid si verè Deus caro
factus est, cur tropicè jam esse dicetur? Cujus τοῦσαν propriissimè
caro participavit, cur de illo impropiè prædicabitur? Itane modus
prædicandi seqvetur modum essendi? Identica locutiones Calvinia-
norum, nugæ sunt gerris sicuti vaniores, & indignæ prorsus, quas de
Spiritu Sancti linguâ cogitemus. Quam absurdâ quoque dictionis
ideâ pro specie venditatur id, quod est singularissimum? εἰς τὸν δῶς de
Christo secundum humanitatem prædicari perhibetur, quod ei, vi
unionis personalis, obtigit? Pro genere autem λόγος Deitatem, vel
pro

pro parte Deitatis λόγον qui habet, næ prima funditus Religionis
στοιχεῖα, qvæ Deum credi simplicissimè unum jubent, evertit? Frustra
vero erit, si quis Gorgonis veluti caput, pro suffulciendâ Identitate
Calvinisticâ, objiciat Logicorum Principis Dn. D. Jacobi Martini suf-
fragium, in prælectione. AntiKeck, p. 556. identidem negantis, in pro-
positionibus personalibus, disparatum de disparato prædicari, vi sc.
etymi, qvod disparata sic dicantur q. dissemperata. Pro Inusitatō enim
propositionum personalium modo, contra Calvinistas tuendo, lau-
datus modò author, sociam operam fidelissimè Catholicis jungit. Dis-
sensus omnis solum concernit vocabulum. Qvamvis & universus Lo-
gicum Senatus doceat, nullà ab Etymologiâ tale deduci argumen-
tum posse, qvod firmâ Scientiæ saburrâ mentem ἀμετάθετων καὶ
ἀμετακίνητον reddat. Qvoties enim sit, ut ab origine primâ familiaris
in vita humanæ contubernio vocis significatio recedat? Sed in verbis
sumus faciles, modò in rebus convenientius. Qvo epiphonemare dis-
cursum suum Dn. Jacob. Mart. loc. cit. ipse obsignat. Eundem in
modum nec tropos Calvinisticos calculo suo approbat B. Hutterus
Irenici p. 330. quando Deum propriè prædicari de homine inficiatur.
Improprietatem enim hic occurrentem non in λέξει collocat, sed in
συνθέσει terminorum. Siquidē prædicatio impropria ei coincidit cum
Inusitatâ, qvæ receptis Logicorum regulis de genere, differentiâ, spe-
cie, proprio vel accidente, non respondet, exemplum simile totâ rerum
naturâ ignorante. Porro ut è diverticulo pedem in viam revocemus,
perstinxit jam adeò Antagonistarum oculos veritatis splendor, ut no-
biscum secundum humanam qvoque naturam verè Filium Dei pro-
prieque Christum vocari fateantur. Sed en novum νέος φύγετο! In-
tellectum id volunt vel ob gratiam honoris, gradu à Divino diversi,
vel ob conceptionem miraculosam, præente seruete, quem tamen,
Calvini ipsius hortatu, diræ blasphemæ flagitium ad ignem misit, vid.
Martin. I. de pers. Christi contra Menz, p. 591. & in Menz. Antinu.
thes. pag. 141. sicuti olim nonnulli è disciplinâ Theodorei Mopsuesti
Christum qvâ humanitatem, pro filio Dei agnoverunt per gratiam ad-
optionis, qvos aliquot Concilia justissimis anathematum fulminibus
percusserunt. Baron. in annal. ad ann. 794. Harum a. opinionum
qvænam turpiori ψευδολογίæ labi aspergatur, non facile dixerim.

Ab adoptione si filiationis derivetur origo, duo erunt filii: Si à Concepione, filius erit Christus ipsius Spiritus Sancti. Utrumque adeò παρεγίδος, ut παρεγίδος οὐτε οὐτε. Vix stoici quicquam dogmatis existat. Necessarium quidem Controversæ filiationis antecedens obumbratio Spir. S. fuit (absq; hac si fuisset, filius vocari Altissimi quod è Maria natum minimè gentium valueret) Causam verò genuinam non suppeditat; cum non απερμάνως, sed δημιουργικῶς, è substantiâ Virginis Mariæ, Humanam Christi Naturam plasmat. Referenda igitur illa unicè ad unionem cum λόγῳ hypostaticam. Quæ simul ratio matrem Salvatoris eo maciat titulo, ut Mater Dei, seu Θεοτόκος, in Ecclesiâ audiatur. Sicuti Athan. ad Jovin. ait Tom. 2 p. 40. Ιδοὺ καὶ παρθενοῦμή τοι ἡ θεοτόκος ἡ ἀγία Μαρία: Τέτο μὴ λέγων θεομάχος εστιν ηγετὸν ἀγίων πατέρων πολέμος. Si per gratiam deniq; honoris Nomen filii Dei Christo secundum humanitatem tribuatur, quid in gratiam proferri Photinianorum, quid in gratiâ Apostoli, amplius poterit? cum Christum è patrib. natum secundum carnem, Deum nuncupat. Συλογὴν εἰς τὰς ἀιώνας Röm. IX. Unde nihilominus haudquaquam perit discriben inter ἂντα esse filium Dei Naturalem, & ἂντα esse Dei filium naturaliter. Naturali vel, ut Scriptura loquitur, ἰδιός, μονογενής, ἀληθής filius Dei Christus est, respectu naturae utriusq; : naturaliter verò h. e. per eternam generationem, secundum Deitatem solam. Sicut ἀποκλινώς filius hominis dicitur, quâ Deitatem : σύνθετος, quâ humanitatem. Ita Maria Mater est Totius θεούθεωπος naturalis: sed naturaliter tantum respectu humanitatis; ut hypostaticè, h.e. propter unionem hypostaticam, resp. Divinitatis. Siquidem ille, quem in lucem edidit & Homo est & Deus. Parens Irenici p. 264. in Orthodoxiam hanc priori quidem fronte descendere videtur, ita scribens: Docemus Christum hominem esse Deum non verbaliter, sed realiter, imo realissime: quia Unio durarum naturarum Divina & Humana, in personâ Christi non est Verbalis, sed realis, imo realissima, adde, si volunt, substantialissima. Sed quomodo aliud longè ore promat, aliud pectore clausum teneat, suo mox indicio, veluti sorex, se prodit, ista subjiciens: Realiter & substantialiter Christus homo est Deus, Deitate suâ: Et Christus Deus est homo, humanitate suâ. Qvod iniqvitatis Mysterium Danaus in

in exam. lib. Chémnit. isto exponit tenore: *Hæ propositiones (Deus est Homo, Homo est Deus) ita sunt explicande & intelligende, ut de persona à quidem ipsâ, seu de toto unito, realiter dicantur: De toto etiamen uniti, aut singulâ illius persona naturâ, verbaliter tantum.* Qvos iterum ad infigendum penitus animis pectoribusq; propositionum personâlium fundamentum, Unionem naturarum, satis utique realem, remittimus, atque hinc dijudicati consequens jubemus.

Th: XXI.

Orta est, cum propria Naturæ alterius vel personæ tribuuntur Toti, vel Naturæ alteri. Et hæc vicissim triplicis generis, vel ordinis. *Idiomatia, ueremotia & acionemotia.*

Nonnulli, qvod nobis secundum est Communicationis Idiomatum genus, tertio loco ponunt, &c ex adverso, qvod tertium nobis, ei secundas deputant. Sed ordo, quem nos tenemus, Naturæ magis consentaneus est. Hanc enim si spectes, ènepysia ubiq; d'urajuw presupponit. Qvamobrem è communi Philotophorum Doctrinâ, tripli existente naturæ momento, in 1. disponunt. *To cîas rei, in 2. proprietates, in 3. Operationes.* Neq; obeundis officii Mediatorii functionibus, Humanitas Christi par fuisset, nî Divina eam Natura, Idiomatum suorum communicatione dotatam prius & ditatam in statum perfectiorem transstulisset. Novum verò & peculiare Communicatioonis genus ex iis prædicationibus, qvae Naturæ alteri proprium enunciant de concreto personæ, qvia propter eam Naturam, cuius proprium attributum illud non est, ad genus I. aptè reducuntur, non exstrendum arbitramur. Frustra enim sit per plura, qvod fieri potest per pauciora.

Th: XXII.

Per idiomatav propria naturarum efferruntur de persona in Concreto, sive ab alterâ denominetur naturâ sive ab utraque: Divina qvidem juxta Divinitatem,

tem, Humana vero juxta Humanitatem, ubi
Communicationem mutuam mutua importat
τελεχώσησις.

Verbum *ἰδίωμα* in articulo de filio Dei qui usurparit, primus
fuit *athanas.* in Epist. ad Epict. Unde postea nomen *ἰδίωμα* for-
mavit *Cyrill.* epist. 29. *Nazianz.* primum hunc gradum Communica-
tionis, Idiomatum (de quo potissimum disputant Scholastici) vocat
Ὥητεξιν ὄνομά των, Damasc. *ἰκέτων*, reciprocationem, quia, eo-
dem definitio, *λόγοι οἰκεῖοι*, appropriat sibi (seipsum carnis in-
timè communicando, non aliquid à carne sibi communicatum acci-
piendo, siquidem assumpti est accipere, assumentis dare) quæ sunt
carnis. Quamvis huc pertinentes prædicationum modi plures sup-
petant. Occurrit *ἰδίωμα* I. Cum attributum divinum prædicatur
de Christo, denominato à naturâ Divinâ, ut: *Filius Dei creavit*
cœlum & terram. II. Cum attributum Divinum dicunt de Christo, de-
nominato à naturâ Humanâ, ut: *Filius hominū, quando alogvitur*
Nicodemum, est in cœlū Joh. III. 13. III. Cum humana assignantur Chri-
sto, ut homini v. g. *Filium hominū oportet pati & crucifigi* Luc. XXIII
26, IV. Cum Humanæ dicuntur de Christo, ut Deo, v. g. *Dominus glo-
rie est crucifixus* I Cor. II. 8. Author vita est imperfecta Act. III 15. Deus
redemit suo sanguine Ecclesiam Act. XX. 28. *Iehovæ portavit languores*
nostros Es. LIII. 4. Verbum vita ab Apostoli est visum, auditum, contre-
statum I Joh. 1, 1. *Filius Dei est natus è muliere* Gal. IV. 4. V. denique
cum modò Divina, modò Humanæ attribuuntur Concreto Personæ,
περισσοτέρω naturæ, cuius attributum *καὶ ἀντὸν* debetur, vel
ἀλληρῆν expresso, ut I. Pet. III. 18. *Χριστὸς θαυμῶθεις στρατι*, Rom.
IX, 5. Christus è Patribus *τὸ κατὰ σύγκα*, vel omisso, semper tamen
subintelligendo. Cave a. uspiam *τὸ πῦρον, ἢλλα οἰώσας* alicujus vel de-
fultoræ locutionis *ἴγμα* turbari finas & corrumpi. Cujusmodi
quidem *σφεβλότητε* Calvini sectatores I V. generis proposi-
tionibus, quæ Deum pro nobis passum edicunt, affricare non verentur,
juxta illud: *Si animum occupaverit alicuius errorū opinio, quicquid aſſe-
ruerit Scriptura, figuratus arbitrabtur.* At non verè minus proprieq;
Deus

Deus in suā passus est carne , qvam in suo nostrum quisque patitur,
cum patitur , corpore ; qyoniam non minus verē , qvam nostrum
qvispiam , carne participavit , ac participavit qvidem eo ipso fine , ut
in carne pateretur & moreretur , moriendoqve debellaret istum .
qui mortis fungebatur imperio . Hebr. II. 14. Ejusmodi etiam
passionem reparatio salutis nostræ postulabat . Offenderant iniqui-
tates nostræ Infitum Bonum . Huic aut infinito pariter modo præ-
stanta erat satisfactio , aut in æternum desperationis barathrum præci-
pitandi nos restabamus . Qvæ enim finiti ad Infinitum proprie?
Qvam tamen administratio Justitiae exquisissimam requirit . Tan-
tum igitur abest , ut expiandis mundi delictis idoneus sit ψ. λ. ρ. ἀ-
θεωπός , ut ne ad unum qvidem hominem Deo reconciliandum sat
virium possideat . Atqye hoc est , qvod graphicā illā imagine bilan-
cis ob oculos ponere B. Lutherū voluit Tom. 7 Jen. p. 250. Audi-
mus ipsum : Ach h Err Gott von solchem seligen / trößlichen Artikel
solt man vngewandt / vngezwiefelt in rechtem Glauben immer frölich seyn/
singend / lobend / vnd dankend Gott dem Vater für solche vnaussprechliche
Varmherzigkeit / daß er seinen lieben Sohn hat lassen vns gleich Mensch
vnd Bruder werben / so richtet der leidige Sathan / durch solche Ehrfurchtige /
verzweifelte Leute solchen Unlust an / daß vns die Liebe vnd selige
Freude muß vorhindert vnd verderbet werden / daßsey Gott getrage .
Denn wir Christen müssen das wissen / wo Gott nicht mißt in der Wage
ist / vnd das Gewicht gäbe / so sinken wir mit unsrer Schüssel zugrunde /
daß meine ich also wo es nicht soll heißen / Gott ist für vns gestorben/
sondern allemein Mensch / so sind wir verlohrn . Assensu autem Luthé-
ri qui Syncdochē Calvinisticam defendere cupiunt , vel insignem
produnt , si mentem ejus assecuti fuerint , fraudulentiam , vel , sic mi-
nus , parem stuporis recordiam . Intelligit enim Heros noster Sync-
dochē non Rheticam , sed Grammaticam , qvā , ē Grammaticā vo-
cis origine , Subjectum aliquod σύνθετον vel complexū , denominatur à
parte potiori , atq; adeò propositio Grammaticē Syncdochica eadē illi
in Loc. de Pers. Christi & S. Cœna est , qvæ rerū distinctarū comprehen-
siva , vel rerū comprehensarū exhibitiva . Cæterū qvō ardenterib⁹ vo-
tis salutē nostrā expetimus , eō majorē nobis in curā incumt ē . Ium est ,
ut hanc de totius θεατρώπις satisfactione ac passionē Ophodoξia

sartā tectāq; p̄st̄emus, eōq; execremur constantius Nestorii & affeclā-
rū ejus sive labris prolatā, sive in fibris pronatā vocem: Noli gloriari
Iudee, non enim Deum, sed hominem crucifixisti. **A**maθ̄ esse Dei-
tatem, objicis, nec realiter à Deitate differre Deum. Largimur utrumq;
non pollice, sed ambabus manib⁹. Negamus vero & penegamus qvam
hinc neclis consequentiam: E. Deus verè passus non est: ē diametro
qvippe Spiritus S. effato adversam. Non patitur Deitas, qvia nulli
planē mutationi est obnoxia: passus tamen est, juxta Scripturam, Deus,
qvia ὁ Φιλέμων patiens est θεάνθρωπος, non minus Deus, qvam
homo. Aclicet discrimen reale Deitati & Deo non intercedat; datur
hic tamen aliquod. Differunt nimirum duo hæc, ut concretum &
abstractum. Multa verò valere de concreto, qvæ non veriscentur de
abstracto, notum. Nec desunt qvidem è Patrum & Nostratium choro,
qui & Deitatem passam esse prouincient. Sic enim August. c. 6. Me-
ditat. Deitas, qvæ meam induit naturam, cruci ascendit patibulum, &
in assumptā carne tripte tulit supplicium. Vigilius: Divinitas clavū con-
fixa est, sed ipsa penetrari non potuit, siq;ridem vulneri locum caro pate-
facta aperuit: Expressurus singularem illam αἰκίωσιν, qvā, sine omni a-
lio exemplo, Divinitas sibi carnis suæ passiones appropiavit; non
χελιδόνη, veluticum, amoris calidissimi impulsu, sua facit, qvæ sunt fi-
delium; & nostrā in personā inquit Psalm. LXIX, 6. **D**eus tu nosti ful-
titiam meam, & aelicta mea a te non sunt abscondita. delictorum con-
fessor, non commissor; sed realiss. qvā omnia Christo accommo-
dantur ratione persona, qvæ assumptæ humanitati convenientiunt. Idq;
contra Nestorianos. Patrum horum phrasia reddit Triga Theologo-
rum nostratium, Brentium, puto, Jacobum Andree & Selneccerum, ut
seculi sui Nestorianizantes hæreticos eō fortius coufringerent. Sed
uti vel docendi falsa, vel congruè minus proponendi vera, nullam no-
bis necessitatem ulla imponere **οὐσιοδοξία** debet: ita satius est phra-
si hac abstinere, ne virulentum qvoddam lingvæ telum, qvod Eutychi-
anam moliamur σύγχυσιν, vel Divinam labefactemus immutabilita-
tem, in nos vibrandi, ansam Antagonistæ sortiantur. Acqviecamus
illi Antiquitatis Regulæ: Passum esse Deum, non in proprietate natura,
sed in Unitate persona. Occinis denuo verba Lutheri è Confess. Mai.
de Cœnâ Dom. Qvia Divinitas & Humanitas in Christo est una persona,
ideo

ideo propter talis personalem Unionem Scriptura etiam Deitatis tribuit, quicquid humanitati accidit, & contra Fulgur edis è pelvi. Pergit enim Lutherus: Hoc oportet te confiteri, Christum seu personam pari mori. Jam persona illa est vera Deus. E. recte dicitur: filius Dei patitur. Licet enim una ejus pars (ut ita loquar) Divinitas, non patitur, personatamen, quae est Deus, patitur, altera sui parte, utpote humanitate.

Th. XXIII.

Per ueritatem Communicata indigitatur Idiomatum Divinorum Gloria assumptæ carni. Qvo in genere, cum οὐχάρησ tantum facta sit à Naturâ Divinâ, ceu posteriori, rei nullius indigâ, extraque omnem constitutâ mutationis aleam, οὐδόντος locum nullum invenit.

Secundum hoc Communicationis Idiomatum genus B. Patres meletematibus suis quam frequentissimè usurparunt, illustrarunt; hodieque, ob acerrimas, quibus agitatur tunc à Pontificiâ tum à Calvinianâ Sectâ, controyersias, pari Αγωνεψεως solertia dignissimum. Vocatur βελπίωσι, μετόδοσι, δοξασι, μετάληψις, μετάληπτος, μετάχη της θεοτης αξιας, θεωσις, θεολόγωσις. Estque talis participatio, qvâ, dicente ac docente Damasc. lib. 3. c. 15. Τῶν μὴ οὐκέτων αὐχημάτων δοξα ή θεότης τῷ σώματι μεταδιδωσι, αὐτὴ δὲ τῶν τῆς οὐρανοῦ παθῶν Αγερψίας ἀμέτοχος; qvia prorsus scil. ἀμετάβλητος Mal. III, 6. Jacob. I, 17. adeoque nec in perfectorem evehî statum, nec detruidi in imperfectiorem potest. Hinc Athan. ad Epict. Non propter οὐρανοῦ Deitatis Verbum caro factum est, sed ut caro resurgeret: neque ut melius redderetur Verbum ex Maria prodit, sed ut genus humanum liberaretur. Sedem ejus Doctrinalem cum primis continet XVII cap. Joh. v. 5. classico illo Salvatoris Effato; καὶ γὰρ δοξασι με, σὺ πάπε, παραγέται τῷ δοξῇ ή εἶχος περὶ τὸ τέλος μου εἶναι παραγόσι, Cujus Verba singula singulorū instar ponderū haberi merent.

merentur. Glorificationem à patre petit filius; glorificationem filio promittit pater, in tempore, tunc imminentis (post mortem ante subeundam) Resurrectionis, ut liqueret, quam invita veritate ad Naturam detorqueretur Divinam, utpote cui, cum ab æterno cuncta obtinuerit, in tempore tradi nil potuit. Unde ista enata Veterum Maxima, tantum non solaribus prescripta radiis apud Theodor. Dial. 2. ὅτε λέγει ή γραφή, ὅπελαβεν οὐ τοῦ καὶ ἐδόξαθη, Διὸ τὸν αὐτὸν πίπτει αὐτὸς λέγει, τοῦ θεοτυποῦ. apud Temetipsum, inquit Salvator, ne quis eam in opinionem prolaberetur, non ipsam peti gloriam, sed gloriae declarationem. Etsi enim hominibus, quorum ille conuersatione familiariter usus fuerat, ad gloriae sue notitiam non semper evidenter et quæ indicia servilis forma vilitas relinqueret; Patrem tamen ista nunquam & nusquam fugit, de quo Christus Joh X, 15. Pater me novit. & ego novi Patrem. Cujusmodi vero gloriam experit? Quam apud te (Patrem) habui, ait, πείτε τὸν θεό μου γένεσι. Quæ scripturis sacris usitatissima æternitatis descriptio, gloriam arguit vere Divinam. Æternam hanc enim non ratione decreti, ut Adversarii somniant, sed possessionis pronunciat, cum se istam habuisse antem mundum conditum asserit. Decretum quippe quod saltet est, nondum aliquis habet, sed habere debet. Hinc plusquam adamantinum necimus Syllogismum: Cuicunque data est gloria æterna, uero gloriam accepit vere Divinam. Christo secundum humanitatem, data est gloria æterna. E. Christus secundum humanitatem, gloriam accepit vere Divinam. Quid Reformati? Interdum Communicationis hoc genus haut ægre admittere videntur: sed sensum hereticum semper alunt, quem mox turpissimam denuo contradictione satis superque ostendunt, juxta Lutheri monitum in Conf. Minoris: Ut maximè fanatici (Zwingiani) multa glorientur, quod hunc de Persona Christi articulum credant, tu tamen noli ipsis habere fidem: certo enim mentiantur. Quomodo Sartor, in lib. cui titul. fecerunt: Kurzer doch gründlicher Bericht von den vornehmsten streitigen Reformationis Articulis / Divinam naturam in Christo humana suas proprietas, proper Unionem, sive personaliter, communicare p. 35. Item: Omnipotentem Divinam essentiam humanitatis in Unione realiter communicatam & datam esse, unanimi antiquorum consensu p. 37. cum scripsisset, negat tamen humani-

manitatem in Christo esse omnipotentem l. cit. Sic Bergius lib. cui titul-
lus: Unterscheid vnd vergleichung der Evangelischen p. 30. Wir ver-
neinen nicht allerdings / das vnser HERR Christus auch nach seiner
Menschheit/ nach dem er zur Rechten Gottes erhöhet ist/ allen Creaturen/
sonderlich seinen Gläubigen auf Erden gegenwärtig sey. Ei p. 34. Dass
demnach auch den Creaturen nicht ein halber/ sondern der ganze
Christus/ an alle Orten zu gegen sey. Qualem vero intelligat omni-
præsentiam significaturus, carnem Christi in comparationem vocat
cum Sole p. 31. Auch die Sonne am Himmel ist vns eislicher massen
gegenwärtig / wan wir jhr Eiecht vnd Hitze sehen vnd fühlens ob schon jhr
Cörper nicht auff Erden ist. Wie vielmehr die Sonne der Gerechtigkeit
Christus/ der durch den lebendigmachenden Geist/ der in ihm ist/ als dem
Haupt/ mit allen seinen Gliedern auf Erden zu einem Leibe vereiniget
wird/ vnd alles in allendurch seine Kraft vnd Gnade wircket vnderfüllt.
p. 54. Vocat vnschriftmessige Redensart/ welche eigendlich nur zu dem
irrigen Verstand ursach giebt / das der Menschheit Christus die Göttliche
Eigenschaften gegeben vnd mitgetheilet sein: das er nach der Mensch-
heit allenhalben / oder an allen Orten anwesend sey. De Contenu in-
teriorum antiquitatis Orthodoxyā nostrā neutiquam dubitandum.
Ita enim Seculo 2. Justinus in expos. fidei Corpus manet corpus: Non
enim est Deus. Particeps autem factum est divina dignitatis. Sec. 3.
Origen. de princ. lib. 2. c. 6. Ad omnes sanctos calor aliqui verbi Dei
putandus est pervenisse. in hac autem anima ignis divini substancialiter
reqviri posse credendum est. Sec. 4. Athan. in Epist. ad Epidet. Ipse
filius Emanuel appellatur, veluti corpore Divinitatu pleno, ac proinde dei-
ficato. Sec. 5. Theodor. de AntiChr. Verbum incarnatum non particu-
larem gratiam contutit assumpta natura, sed totam plenitudinem Deitatis
complacuit in ipsa habiliare. Sec. 6. Gregor. Magnus in i. Reg. i. Qui
infirma humanae naturae in celo existinet Divinitatem assumptam cognoscet-
tur, super aquas Virtutis propriæ ferebatur. Seculo 8. Damasc. Quia hu-
mana sunt, λόγοι sibi attribuit, peculiarijs facit, nam ipsius sunt ea, quia
sancta ipsius carnis sunt, & tradit carnis suis, κατὰ τὸν αὐλοῦσεως τρόπον,
proper naturarum in se invicem εἰχόντων. Sec. 9. Niceph. l. i.c. 26.
Christus sibi à patre potestatem summam carni & terra, sibi scilicet juxta hu-
manitatem, traditam confirmas. Sec. 12. Bernh. serm. 74. in Cant.

Apostolus non dicit excelsior cœlu existens, vel manens, sed excelsior cœlu factus. Ne quā putet de rā naturā dictum, in quā est, quiet. Sec. 14. Nicol. de Lyra in Luc. 2. Christus Rex est & Pontifex. Ideo benedicitur Christus, i. e. undū non unctione humana, sed Divinā, quia in humilitate pro nobis assumptā fuit undū à Deo patre, imo à totā Trinitate plenitudine gratia. Eat nunc Bergius & Scripturæ atque antiquitatis opere cum Calvinismo thralonicē jactet, p. 56. Das wir solche ihre sonderbare Redensarten nicht annehmen noch gebrauchen / sondern lieber mit der H. Schrift vnd der vhralten Kirchen in diesem hohen vnergründlichen Geheimniß reden wollen. Regerunt eisdem cum Pontificis Reformati, non pauca rationis corruptæ argumentane dicam ad deliria? I. est: Finitum non est capax infinitorum Idiomatum. Natura Christi Humana est finita. E. II. Nullum proprium potest fieri communne. Attributa Divina sunt propria. E. III. Si communicentur humanitati Christi Idiomata Divina, utiq; eidem simul communicabuntur Deitas ipsa. At consequens falsum. E. Antecedens. IV. Aut omnia Divinitatū Idiomata humanitati communicata sunt, aut nulla. At non omnia: non infinitudo, non independentia, non aeternitas. E. nulla. Majorem prob. ex eo, quod Deus sit αὐτός, nec reali discrimine se jungantur attributa DEI: eorum autem quæ reipsa conveniunt, communicato uno, communicari oporteat & reliqua. Verum enim vero facile solvuntur hi nodi, utur Gordio intricatores videantur, adhibito ense, si non Alexandri, certè Spiritus Sancti. R. enim ad I. valere Majorem de finito, si consideretur ἡγεμόνες & καθ' αὐτὸν, ceu τοῦ δεκτοῦ, cui aliquid competit per modum inhaesioneis, vel viam acquisitionis. Et ita concedimus totum. Vendicamus nihilominus Idiomata Divina assumptæ carni ἐπιφύως ηγήσασθαι, ceu deinceps dextris, propter intimam cum Infinito οὐγένη Conjunctionem; & ita quod Christus, secundum Deitatem habuit per Naturam, id accepit in tempore per gratiam. Quam quidem non singimus Distinctionem, & Scripturis, more Calvinistico, inferimus, sed hinc potius rite auferimus, quando Philip. II. 9. de Christo dicitur, in assumptā prius servi formā obedientiam patri præstante usq; ad mortem crucis: Ideo Deus exultavit eum & εξαγόνθι illi nomen, quod

quod est super omne nomen. Nec naturæ desunt exempla similia:
περίως Vita & vis sentiendi competit animæ, δέντερος animato cor-
pori: calorem καὶ ἀνὴ inhærentem Igni, καὶ ἄλλο ignitum possi-
det ferrum. Απλῶς incapacem Infiniti, qva potentiam quoque
obedientialem, humanam Christi naturam qui asseverarit, idem &
communicatam neget Divinam τάσσεται necessitas est. Hanc enim
qvibus cancellis circumscribemus, neque cœlis cœlorum comprehen-
dendam εἰ. Non ergo sunt in dūraturiæ, praesentem esse substantiā,
& esse præsentem per se, ut contra Mentz, fngit Martin. in arenam
descendens, & Bergius p. 34. Aber daraus folgt nicht / daß die Mensch-
heit an iher selbst nach iher Leiblichen Substantia vnd Wesen den
Creaturen an allen Orten zugegen sey. In 2. Confunditur τὸ κατὰ &
κοινωνίαν, Commune & Communicabile. Commune proprium si-
fieret, fieret σὸν οὐλον. At communicari id ipsum posse, ipsoque
interdum actu communicatum esse, eadem, qvæ jam jam adduximus,
luculentissimè comprobant exempla. Proprium semper Ignis ma-
ner lux & calor, & tamen utrumque ignito communicatur ferro.
Proprium esse animæ nunquam definit Vita vel sensus, & verissimè
tamen communicatur animato corpori. Eodein pacto propria sunt
& nunquam non esse perseverabunt Attributa Infinita Divinitatis,
qvamvis communicata statuantur Deificatae carni. III. Falsa laborat
Minori. Quomodo enim Naturæ Christi Humanæ communicata
Divina fuerit, nimirum non κατὰ σύγχυσιν vel exæquationem: sed
καὶ ἐνώπιον κομβου δύο Disp. priori commonstratum est, ut nil
attineat actum agere. In IV. si probatio valeret Majoris, sequeretur
communicata Filio Dei per æternam generationem τὸν αὐτὸν Parris, si-
mul communicatam fuisse τάσσεται, revocato in proscenium Noë-
tianorum errore: non communicata carni Salvatoris tum generati-
one æternâ, tum independentiâ λόγος, nec illi communicari potuisse
hujus τάσσεται. Præterea philosophi certant & adhuc sub judice
lis est, Utrum realiter à se invicem differant proprietates animæ, an
vero tantum modaliter? Neque tamen negandum animam huma-
nam corpori communicare tum vitam, tum facultatem sentiendi, cī-
tra

tra communicationem Intellexus, Voluntatis, Illocalitatis, Immortalitatis. Hinc perspectum iri confidimus, qvā fido dignum sit Calvinianorum scomna, qvo Catholicorum Doctrinam proscindunt in Apol. Admon. Neostad. p. 14. Tertium prædicationis genus (Communicationis Majestatis) novum & antebac inauditum, nibil aliud est, quam monstrum, partim ex Eustachii delirio, partim ex Nestorii blasphemia, Monothelitarum & Monophysitarum somniis constatum, feneram ad Arianismum & alios errores aperieus.

Th. XXIV.

Αγεαστος est, imo αντιγεαστος, factam esse Communicationem Idiomatum Divinorum in Personâ Totâ, tanquam aliquo Tertio, à Natura utraqve realiter diverso.

Quemadmodum ex Anima & Corpore tertium quid resultat, Arist. lib. 1. de Animâ t. 7. ita pro tertio qvodam ab utraque Naturâ realiter distincto, respectu cuius Majestas Divina Christo in tempore communicata fuerit, eti juxta neutram Naturam, Calvinianorum nonnulli Personam Christi agnoscunt. Trebat. in loc. p. 58. Berg. p. 41. & 42. Cui dogmati poliendo Keck procul dubio inservire vult simile, à Vitâ & Intellectu hominis petitum. Alium enim Intellexum Homini assignat toti, aliud separatae animæ Syst. Phys. lib. 4. c. 2. qvoniامille & dependeat à sensu, & laedi queat ab Instrumentis corporeis, hic minime. Aliam quoque Vitam animæ deputat, aliam toti homini, sitam videlicet in unione animæ ac corporis, Syst. ejusdem lib. 3. c. 10. Nos aliquid sane discriminis Totum inter & partes admittimus; ut & οὐ γενέος inter Unionem essentialē animæ cum corpore humano, & personalē Divinitatis cū Humanitate in Christo. Verum nec tanta Unionem inter essentialē & suppositalem in Christo versatur affinitas; neq; tanta est totius cujusque ac partium diversitas, quantam Calviniani concipiunt. Anima & Corpus Substantia sunt incompletae, ad Completae unius constitutionem tendentes, qvæ neque anima sit, neque corpus. In Christo autem neutri Naturæ ad sen-

sentiae numeris omnibus absolutum complementum quicquam deest,
ut Christus & Deus sit & homo : Christus & naturæ ambæ, ambæ-
que naturæ & Christus identificantur. Damasc. lib. 3. c. 15. Due
Nature sunt unus Christus, & unus Christus duo naturæ personaliter
unita. Christus constat ex duabus naturis, subsistit in duabus naturis,
& due illæ naturæ sunt Christus εξ ὅν, εν τοις οὐκ ἀπέρι. Discipi-
endum proinde, ne justo latius similitudo extendatur. Differen-
tiam totius & partium, allatae in Logicis à Keck aliisve rationes, saltem
inferunt formalem, vel realem analogicæ, qualis etiam intercedit op-
positiis modis & relationibus. Discriumen autem reale idicat ita di-
ctum, immo cum essentiali conjunctum, si cum Timpleri lib. 4. Metaph.
cap. 5 qu. 2. inter totum quodcumque & ejus partes, excepto inte-
grali homogeneo, collocare quis sustineat, hoc opponimus argumen-
tum : Quicquid entitatem omnem à partibus sui constitutivis haurit, id
entitative à partibus non differt. Totum omnem entitatem à par-
tibus sui constitutivis haurit. E. Porro : Quicquid entitative à parti-
bus non differt, de illo nec entitative praedicari affectiones possunt, secun-
dum nullam intelligendæ partem. Totum entitative à partibus non dis-
fert. E. Qvinpotius quicquid attributorum essentialium in totum
aliquod cadit, de aliquâ prius ejusdem parte valebit. Objicit elemen-
ta 4. in quintam coalescere essentiam Corporis perfectè mixti
(nam & hoc exemplum hæc citari ad comitia solet) elementari lon-
gè superiorem & ἀνάλογοι τῷ τῷν ἀσπερ γονίθεα. R. quā verum
hoc posterius, tām fallum esse prius, qvod ex elementis quinta illa &
nobilior essentia corporis mixti oriatur. Οὐας & καὶ ἀληθεῖα
essentia perfectior Mixtorum à perfectiori proficiuntur & Specifica
Mixtorum Formā, Elementis à Deo in primā stetim Creatione super-
additā; hodie per ordinariam generationis viam propagandā; Forma-
rum Elementarium, ad ineundam convenientem temperamenti pro-
portionem, moderatrice ac directrice, ut demonstraturalibi. Vitæ
hominis, ceu totius compositi, diversitatem à vitâ animæ undenam
Keckerm. probat? Annon præposterè, Vitam hominis in Unione
Animæ ac Corporis collocando, causam confundit cum Effectu?
Intellectum qvod attinet, discriumen agnoscimus in modo operandi.

H

Sed

Sed modus rem non variait. Qvod tritissimum Axioma à Keckerm.
expendi per præ conceptam opinionem non licuit. Veritati proinde
quam maximè consonat Cyrilli vox Epist. 10. *Qvicqvid de Christo di-*
citur, vel secundum Divinam Naturam tantum, vel secundum humanam
naturam tantum, vel secundum utramq; Naturam dicitur.

Th. XXV.

Proprietates Naturarum non minus salvas relinqvit &
incolumes, qvicqvid humanitati accessit Divino-
rum Idiomatum, quam distinctionem Natura-
rum earundem Unio & Communicatio compa-
titur.

Ad evertendam *Kalivavicu*, Majestatis Divine subinde Adver-
sarii crepant Veritatem Naturæ Humanæ, quæ de contentionis serram
nemo Nostratium unquam reciprocavit. *Martinus* refutaturus Ca-
tholicos, de veritate Naturæ Humanæ in Christo integrum conscripsit
librum. *Bergius* p.32. ad quæst. '9. Was habt ihr für Ursachen solche
Allenthalbenheit der Menschlichen Natur Christi zu verneinen? Dage-
gen gemessene vmb schrie bene Glieder haben, an gewissem Raum vnd Orte
seyn, ist ein wesentliche Eigenschaft eines Menschlichen Leibes, vnd fan-
dennach dem Leibe Christi, auch in seiner höchsten Herrlichkeit nicht be-
nommen werden. Probare autem iussi Consequentiam: Corpus
Christi est Verum Corpus, Veris præditum proprietibus humanis.
E. adūabv, particeps ut evadat Divinorum Idiomatum; ixθύων
αΦαντες deprehenduntur. At quo cautius amoliri probationis
onus ab humeris suis conantur, eo urgendi sunt severius. Valere
namque Consequentia nequit, n̄ ipsam unā Unionem hypostaticam
evertere cupiant. Vtrumque Scriptura afferit, & profecisse Christum
sapientiam. *Luc.* II. 40. & absconditos in Christo esse omnes Sapientia thesa-
uros, *Col.* II. 3 17: *Data Christo fuisse omnia* *Matth.* XI 17. & Omnes Christum
sensisse infirmitates humanas *Heb.* II. & IV. 15: Suis Carnem Dominicam
circumscribi dimensionibus, & incircumscriptam participasse *καθ-*
στοιχοι τοῦ θόρυβου. Utrumq; igitur pari pietatis affectu, pari τῷ πολυπολεῖον
fidei

ad eius amplectendum. Detestentur Calviniani Nostrates, quod in sensu
tentia divortium abeant, Marcionitas, Valentinianos, Manichaeos, Sa-
mosenianos, Sabellianos, Arianos, Nestorianos, Eutychianos, Monotheli-
tetas, pro arbitrio, non prius eos hæresium istarum reos peragunt,
quam vel Damascenum, vel Leonem Magnum, quorum utrumque sum-
mo earundem flagrante odio constat. Sic enim Damasc. lib. III. c. 17.
Ἡ τοῦ συεῖσθαι οὐδὲ τὸς δεῖσθαι ἐπειγόντες εἰ πλάκτοι, οὐδὲ τὴν πολεμίαν
λέγου ἀπορεῖν φύεσταν ἔνωσιν ιδίων παραστατικῶν. Et I. ejusd.
c. 18. οὐδὲ αὐθαπίνη αὐτὸς θεληστὸν γένοντα τῆς ἡρξαῖος, καὶ αὐτὴν
Φυσικὴν αἰδιαβλητὴν πάθη τετέμενε, οὐδὲ Φυσικῶς μὴν σύντελη
τελεῖται, οὐδὲ τὸ θεοῦ λόγος ἀληθῶς καὶ τὸ Φύσιν (hac enim Da-
masceno æqvipollent) ψυχήν παρατέλλεται. Leo Magnus: sicut
Deus non mutatur miseratione, sic homo non consumetur dignitate Allu-
dens forsitan ad typum hujus Mysterii, rubrum sic flagrantem jugiter,
ne nunquam tamen desflagrabit. Ex. III.

Th: XXVI.

Cöterum et si communicata Humanitati sit Tota Detia-
tis plenitudo; prædicantur tamen de istâ Scripturâ
præeunte, Idiomata duntaxat εἰποῦσι, h. e. quæ
operationibus externis in carne, cum carne ac per
carnem apud Creaturas λόγος exerceat, ut sunt
Omniscientia, Omnipotentia, Omnipræsentia;
Religiosum adorationis cultum nobis imperantia.

Πᾶν πλήρωμα τῆς Θεότητος habitare in Christo συμπληκός
ait Apостолus Col. II. ut significaretur, nihil omnino superesse, quod
ad personam τοῦ λόγου pertineat, quin caro λόγωθεῖσα in communio.
